

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

**111**

**1096/ 10 / 03**

*Toda Vermúdez, dóalle ó mosteiro de Celanova e ó abade Pedro, pola saúde da súa alma e a do seu marido, a metade da herdade que ten en santa Leocadia, en Rabaneda, e a outra metade entrégalla á sé auriense.*

TC, fols. 45v. - 46r.

Salvatori Deo ac redemptori nostro Domino Ihesu Christo et sanctorum apostolorum eius in cuius honore constructa est aula vel monasterii Cellenove, territorio Bubalo. Ego exigua ac pusilla Toda Veremudiz cum sumpeccatorum meorum mole depressa, annuit mihi voluntas cordis ut propter remedium anime de viro meo Munnione prolis Alvaroni, seu etiam anime mee donarem atque concederem ad suprataxatum locum et domno meo Petro abbati vel servis Christi in eodem loco habitantes vel qui in vita sancta perseveraverint, medietatem de hereditate de sancta Leocadia portionem de viro meo superius nominato, et abet iacentiam in Ravaneta prope villa Gargantones, vocabulo eclesie sancto George discurrente arrogio Alliarico, et dividet cum Noalia et alia parte per kalvos subtus mons Ranti. Et venit illa // hereditate de ganantia Alvaro Arias quam comparavit pro suo precio legitimo. Sic ibidem concedo domus, terras, vineas, pomiferis, aquis aquarum, quantum ad usum humanum pertinet per suos terminos et locis antiquis, et aliam medium sic concedo ad auriensem sedem pro eius anima, ut in ipso loco abeant inde servi Dei temporale lucrum, et nos ante Deum premium inconvulsum. Omnia sana et integra maneat post partem vestram nullus homo ibi disturbancem faciat. Quod si fecerit anathema fiat et maneat ab omni catholicorum cetu extraneus, et cum Iuda Domini beat participium in eterna damnatione, et insuper pariat illam hereditatem duplatam.

Facta series testamenti V nonas Octobris. Era M C XXXIIII.

Ego Tota Veremudiz in hoc testamentum manu mea roboravi.

(1<sup>a</sup> columna:) Prepositus Gaudilani cfr.- Prior Gundesindus cfr.- Petrus presbiter cfr.- Auriolus presbiter cfr.- Milianus presbiter cfr.

(2<sup>a</sup> columna:) Alvarus Fernandiz cfr.- Roderico Ordoniz cfr.- Pelagius Nunniz cfr.- Domna Maior prolis Nunniz cfr.- Domna Argelo sororem eius cfr.- Domna Santia cfr.

Alvaro ts. Salvator ts. Vimara ts.

Munninus notuit.